

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 5145

**Auteur(s)** : Alexandre III [pape]

**Bénéficiaire(s)** : Gautier, Falaise, Saint-Jean (abbaye, abbé)

**Genre d'acte** : bulle

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1180, 29 février

**Lieu d'émission** : Velletri

**Action juridique** : confirmation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Le pape Alexandre [III] confirme les biens et les droits de l'abbaye Saint-Jean de Falaise.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 199, p. 297-299.

## Dissertation critique

Concernant la datation, voir RAMACKERS, p. 299.

Texte établi d'après a

Alexander episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Galtero abbati sancti Ioannis de Falesia eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Religiosam uitam etc. Eapropter etc. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini regulam atque institutionem Praemonstratensium fratrum in eadem ecclesia institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Praeterea quascunque possessiones etc. In quibus haec propriis duximus exprimenda uocabulis : ex dono Gunfridi furnum, molendinum et terras, quas in uilla Falesiae et extra habebat, ex dono Henrici regis Anglorum filii Willelmi regis Anglorum molendinum sub porta comitis, medietatem terrae feriae et quittantias omnium, quae habetis uel estis in posterum habituri, a telonio uidelicet, passagio, pasnagio, omni querela, praua consuetudine, occasione et exactione, sicut uobis ab eodem rege rationabiliter sunt indulta et in scripto secundi Henrici regis Anglorum filii Matildis autentico continentur, alteram iterum medietatem terrae feriae ex dono eiusdem Henrici filii Matildis, unam feriam in anno ad festum sancti Michaelis, quae tertio die ante idem festum debet incipere et tertio post finire ad consuetudinem feriae Falesiae, decimam molendinorum suorum de eadem uilla, usum uestrum de nemore Gouforni apud Argentonium et masuras super utramque partem calceiae Boceii, ex dono Matildis matris eiusdem regis molendinum sub eadem calceia, ex dono Uuillelmi Broaut et uxoris eius omnes domos et terras, quas in Falesia, Condeio et extra possidebant, ex dono Alueredi filii Bernardi de Uaux omne feudum de Uaux et de monte Hardy cum omnibus suis appendentiis, ex dono Thomae Baiole et Ricardi Asini terras Grosseti et terras Uallis Spinae, ex dono Roberti Cornet et quorundam aliorum masuras et terras quasdam Falesiae et terras de Uilora et terras de Clinchamp, terras de Planteis cum omnibus suis appenditiis, ex dono

Fulqueri de Merlo terras Courignei et molendinum, moltam de Bu, moltam de Noroio, moltam de Logi et pasturam quadraginta porcorum in forestis suis annuatim, ex dono comitis Ioannis terram et nemus de Uaux a uia plancarum usque ad calceiam de Bafola et a rupe, quae colli praeeminet, usque ad riuulum aquae, quantum calceia refluxus aquae uiuarii occupat uel in futurum occupabit, terras Harenarum, terras et masuras uillae perditae de Saucei, decimas Oliuerii Uuaipray, duas garbas de decima feudi Fulconis de Basochia apud Belmesium, ex dono Ricardi uicecomitis Bellimontis costumus omnium rerum uestrarum per totam terram suam, ex dono Roberti filii Hernies decem solidos Andegauenses in tonleio de Toirr annuatim, ex dono Uuillelmi Crassi unum sextarium frumenti in molendino suo de Falesia annis singulis. Sane noualium etc. Liceat quoque uobis clericos etc. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum etc. Ad haec auctoritate apostolica prohibemus, ne quis in ecclesias etc. Pro intronisatione etc. Paci quoque etc. In parochialibus etc. Cum autem generale etc. Sepulturam quoque etc. Decernimus ergo etc., salua sedis apostolicae auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. Amen. Amen.

R. Ego Alexander catholicae ecclesiae episcopus.

† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus.

† Ego Theodinus Portuensis et sanctae Rufinae episcopus.

† Ego Berneredus Prenestinus episcopus ss.

† Ego Ioannes presb. card. sanctorum Ioannis et Pauli tit. Pamachii.

† Ego Viuianus presb. card. tit. sancti Stephani in Celio monte.

† Ego Hugo tit. sancti Clementis presb. card.

† Ego Matheus tit. sancti Marcelli presb. card.

† Ego Laborans diac. card. sanctae Mariae in porticu.

† Ego Gratianus diac. card. sanctorum Cosmae et Damiani.

† Ego Matheus sanctae Mariae nouae diac. card.

Dat. Velletri per manum Alberti sanctae Romanae ecclesiae presbyteri cardinalis et cancellarii secundo kal. martii, indictione XII, incarnationis dominicae anno M.C.LXXVIII, pontificatus uero domini Alexandri papae tertii anno XXI.